



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De irregularitate ex homicidio, & mutilat. c. 75. 76. 77. 78.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

notorium denique peccata enormia, & notoria notorietate facti aut iuris inducunt irregularitatem qualia sunt homicidii adulterii, falsum testimonium, simonia, peccatum nefandum.

*De Irregularitate ex homicidio,  
& mutilatione. Cap. 75.76.*

77, & 78.

**I**Regularitas ex homicidio iusto, dicitur irregularitas ex delicto, quæ vero ex homicidio iusto, dicitur irregularitas ex defectu sacramenti, quatenus qui tale admisit exēpla Domini & Dei sui nō imitatur, qui fuit minister pacis, dilectionis, vniōnis, & viuificationis: & ob horroris indecētiam, quam homicidium, & mutilatio p̄f se ferre videntur, ab ordinum ministerio optimo iure arcetur. Ceterum qui mutilant,

& membrum principale à corpore viuo realiter separant, quale est manus, pes, oculus, nasus, mamilia, & auricula, quæ omnia in corpore distinctum habent officium, irregulares sunt & dicuntur. Digitus autem non est membrum principale, quare digitum abscondens, non est irregularis. Homicidium triplex, aliud voluntarium, aliud ob sui necessariā defensionem, & casu perpetratum. Verum tum homicidium, tum mutilatum rationisvsum supponit, quā obrem infantes, furiosi, dormientes, vel noctu somniantes, ebrii si id praeauerint, si forte occidant, irregulares esse nequeunt, cum nec proprie ab eis mutilatio, aut homicidium fieri dicatur.

*De Irregularitate ex homicidio voluntario, & facti necessitate. Cap. 79. & 80.*